

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 34ra–34rb, 27vas

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 74, 43 cz. I [Gn. 69]

[74] ^a-De equo^b subtracto et arestato. Capitulum LXIX^{c, -a}

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi ~~aliquando~~^d aliquid subtraxerit aut subtractus fuerit aut eo sit spoliatus, ad hoc se retrahere debet, ut est iuris, extunc ille se bene ad suum venditorem trahere potest et venditorem <vel sub tutorem vulgariter nazachoczca albo splaczca^e> nominare debet super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocumque [k. 36ra] sibi nominaverit, ibi eum sequi oportet, <Ultra mare [z]a mo[rz]e na [p]ulno[cz]y^f> non autem cum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem poterit habere, ut se coram iudicio iactavit, extunc sibi fideiussorie faciat cautionem iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit {et} et die nominare.

Quando foro communi et libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eo dedit [s], integraliter amittit, et illi suum equm reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b nadpisane e; ^c poprawione z lxviii; ^d skreślone przez autora podstawy; ^e na marginesie; ^f na marginesie, obcięty brzeg karty

[43 cz. I] XLI^a. Si aliquis arestat equum et dicat, quod equus sibi subtraxerit aut subtractus fuerit vel spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris est, extunc ille bene ad suum venditorem trahere se potest et venditorem nominare debet, super quem se traxerit^b, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quemcumque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem ipsum sequi debet ultra Mare Aquilonis. Et ibi fideiussoriam facit cautionem, non satis faciat iudici pro pena et pro expensis, quas adversarius suus expendit et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. <Cum in foro communi emitur^c> Si autem dixerit, quod in foro comuni et in libero equum emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem dederit, integraliter amittat. Quod si habuerit hospitem, qui marcipotum benedixit.

^a dopisane czarnym inkaustem, zapewne przez komentatora; ^b w rkp. traherit; ^c na marginesie czerwonym inkaustem

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]